ram eorum notationem modo involutam ita, ut vix conjecturis ſolertibus poſſit percipi, habere: in pedeſtribus autem et terrenis documenta iſtorum omnium exſtare ſplendida, evidentia, ſtabilia. Ac primum mihi contemplare propoſita et apparatus taurorum ad pugnam ſe pulvere conſpergentium: atque aprorum, dentes acuentium. Elephanti, quia materia quam alimenti ſui cauſſa effodiunt aut excidunt, dentem hebetat deterendo, altero tantum ad hanc rem utuntur, alterum ſemper acutum ac recentem ſui defendendi gratia ſervantes. Leo ſemper ambulat pedibus introrſum reductis, itaque ungues occulit, ne attriti aciem amittant, aut inveſtigantibus occaſionem inveniendi exhibeant: non enim facile invenitur veſtigium unguis leonini, ſed in cæca et exigua incidentes ſigna, aberrant venatores. Ichneumon autem, quod auditum vobis puto, parum differt ab induto thoracem ad prælium milite: tantum ſibi cœni circumdat, tamque denſam ſibi

νοσι τῷ σώματι χιτῶνα, μέλλων ἐπιτίθεσθαι τῷ κροκοδείλῳ. Τὰς δὲ χελιδόνων περὶ τὴν τεκνοποιίας παρασκευὰς ὁρῶμεν, ὡς εὖ τὰ στερεὰ κάρφη προϋποβάλλονται δίκην θεμελίων, εἶτα περιπλάττουσι τὰ κουφότερα· κἂν πηλοῦ τινος ἐγκόλλου δεομένην αἴσθωνται τὴν νεοττιὰν, λίμνης ἢ θαλάττης ἐν χρῷ παραπετόμεναι ψαύουσι τοῖς πτίλοις ἐπιπολῆς, ὅσον νοτεραὶ μὴ βαρεῖαι γενέσθαι τῇ ὑγρότητι, συλλαβοῦσαι δὲ κονιορτὸν, ἐπαλείφουσιν οὕτως καὶ E συνδέουσι τὰ χαλῶντα καὶ διολισθαίνοντα· τῷ δὲ σχήματι τὸ ἔργον οὐ γωνιῶδες, οὐδὲ πολύπλευρον, ἀλλὰ ὁμαλὸν ὡς ἔνεστι μάλιστα καὶ σφαιροειδὲς ἀποτελοῦσι· καὶ γὰρ μόνιμον καὶ χωρητικὸν τὸ τοιοῦτο, καὶ τοῖς ἐπιβουλεύουσι θηρίοις ἔξωθεν ἀντιλήψεις οὐ πάνυ δίδωσι. Τὰ δὲ ἀράχνης ἔργα κοινὸν ἱστῶν γυναιξὶ, καὶ θήρας σαγηνευταῖς, ἀρχέτυπον, οὐ καθ' ἓν ἄν τις θαυμάσειεν· καὶ γὰρ ἡ τοῦ νήματος ἀκρίβεια, καὶ τῆς ὑφῆς τὸ μὴ διεχὲς μηδὲ στημονῶδες, ἀλλὰ λείου συνέχειαν ὑμένος, καὶ κόλλησιν ὑπό τινος ἀδήλου

circumfigit tunicam, aggreſſurus crocodilum. Hirundo, antequam fœtum excludat ſuum, videmus quo modo nidum adornet: quam belle fundamenti loco feſtucas ſubjiciat ſolidiores, iiſque adfigat deinde tenuiores: et, ſi glutinis loco cœnum deſideret nidus, quo pacto ſuper lacum aut mare ita volitet, ut ſuperficiem ejus tangens alis, eas udas, non tamen graviores faciat: iiſque deinde pulverem apprehendens, eo illinat atque conſtringat laxas dilapſuraſque partes: opus ipſum figura eſt angulis et multitudine laterum carente, æquabile et, quantum poteſt fieri, rotundum in globi morem: ſic enim et ſtabile atque capax fit, et non temere anſam præbet foris inſidiantibus beſtiis. Araneæ textum, commune exemplar telæ mulierum, et retibus piſcatorum, non una de cauſſa admirationem ſui præbet. Nam et fili ſubtilitas, et textura non dejuncta aut ſtaminis in morem divulſa, ſed continens tenuis in morem membranæ, et quodam gluti-

διαμεμιγμένης γλισχρότητος ἀπειργασμένον, ἥ τε βαφὴ τῆς χρόας ἐνάερον καὶ ἀχλυώδη ποιοῦσα τὴν ἐπιφάνειαν, ὑπὲρ τοῦ λαθεῖν, αὐτή τε μάλιστα πάντων ἡ τῆς μηχανῆς αὐτῆς ἡνιοχεία καὶ κυβέρνησις, ὅταν ἐνσχεθῇ τι τῶν ἁλωσίμων, ὥσπερ δεινοῦ σαγηνευτοῦ, ταχὺ συναιρεῖν
67 εἰς ταῦτα καὶ συνάγειν τὸ θήρατρον, αἰσθανομένης καὶ φρονούσης τῇ καθ' ἡμέραν ὄψει καὶ θέᾳ τοῦ γενομένου, πίστιν ἔσχε τὸν λόγον. Ἄλλως δ' ἂν ἐδόκει μῦθος· ὥσπερ ἡμῖν ἐδόκει τὸ τῶν ἐν Λιβύῃ κοράκων, οἳ ποτοῦ δεόμενοι λίθους ἐμβάλλουσιν ἀναπληροῦντες καὶ ἀνάγοντες τὸ ὕδωρ, μέχρις ἂν ἐν ἐφικτῷ γένηται· εἶτα μέντοι κύνα θεασάμενος ἐν πλοίῳ τῶν ναυτῶν μὴ παρόντων εἰς ἔλαιον ἀμφορέως ἀποδεοῦς ἐμβάλλοντα τῶν χαλίκων, ἐθαύμασα πῶς νοεῖ καὶ συνίησι τὴν γενομένην ἔκθλιψιν ὑπὸ τῶν βαρυτέρων τοῖς κουφοτέροις ὑφισταμένων. Ὅμοια δὲ καὶ τὰ τῶν Κρη-

A. 1. αἰσθανομένης] Habet hæc dictio quid duri, ſive ad priora eam, ſive ad ſequentia referas: puto tamen ad ſequentia referendam eſſe ſuppleto ὡς ante αἰσθανομένης. Ita quidem verti.
A. 5. λίθους] Sic B. E. Venet. P. Vulgo, καὶ λίθους.

noſo humore obſcure admixto conferta, tum color aëream et caliginoſam reddens ſuperficiem fallendi cauſſa, atque ipſa adeo maxime totius machinæ gubernatio, quod callidi inſtar venatoris, ſi quid reti ſuo implicuit, illico ſentiens, caſſes ſuos contrahit, prædamque conſtringit, hæc quotidie ſe conſpectui noſtro offerentia, certum et indubitatum fecerunt, eam ſentire et cogitare. Alioquin fabuloſum haberetur. Uti equidem ipſe fabuloſam exiſtimavi illam corvorum in Africa ſolertiam: qui potu indigentes, lapidibus injectis in aquam, eo uſque eam, impleto cavo continente, elevant, dum roſtro attingere liceat. Porro autem cum vidiſſem canem in navi, nautis abſentibus, lapillos in amphoram oleo non repletam injicere: miratus ſum quomodo intelligeret a gravioribus immiſſis leviora ſurſum elidi. Similes ſunt Creten-

τικῶν μελιττῶν, καὶ τὰ τῶν ἐν Κιλικίᾳ χηνῶν· ἐκεῖναι μὲν γὰρ ἀνεμῶδές τι μέλλουσαι κάμπτειν ἀκρωτήριον, B ἑρματίζουσιν ἑαυτὰς, ὥσπερ τοῦ μὴ διαφέρεσθαι, μικροῖς λιθιδίοις· οἱ δὲ χῆνες τοὺς ἀετοὺς δεδοικότες, ὅταν ὑπερβάλλωσι τὸν Ταῦρον, εἰς τὸ στόμα λίθον εὐμεγέθη λαμβάνουσιν, οἷον ἐπιστομίζοντες αὑτῶν καὶ χαλινοῦντες τὸ φιλόφωνον καὶ λάλον, ὅπως λάθωσι σιωπῇ παρελθόντες. Τῶν δὲ γεράνων καὶ τὸ περὶ τὴν πτῆσιν εὐδοκιμεῖ· πέτονται γὰρ ὅταν ᾖ πνεῦμα πολὺ καὶ τραχὺς ἀὴρ, οὐχ ὥσπερ εὐδίας οὔσης μετωπηδὸν, ἢ κόλπῳ μηνοειδοῦς περιφερείας, ἀλλ' εὐθὺς εἰς τρίγωνον συνάγουσαι σχίζουσι τῇ κορυφῇ τὸ C πνεῦμα περιρρέον, ὥστε μὴ διασπᾶσθαι τὴν τάξιν· ὅταν δὲ καταίρωσιν ἐπὶ γῆν αἱ προφυλακὴν ἔχουσαι νυκτὸς, ἐπὶ θατέρου σκέλους ὀχοῦνται τὸ σῶμα, τῷ δ' ἑτέρῳ ποδὶ λίθον περιλαβοῦσαι κρατοῦσι· συνέχει γὰρ ὁ τῆς ἀφῆς τόνος ἐν τῷ μὴ καθεύδειν πολὺν χρόνον· ὅταν δὲ ἀνῶσιν, ἐκπεσὼν ὁ λίθος ταχὺ διήγειρε τὴν προεμένην. Ὥστε

ſium apum, et anſerum in Cilicia artes. Illæ enim ventoſum aliquod circumvolaturæ promontorium, ne disjiciantur, ſeipſas exiguis lapillis in os ſumtis quaſi ſaburrant: hi quando Taurum trajiciunt, animalia alioqui vocalia et obſtrepera, tunc metu aquilarum, in os juſtæ magnitudinis lapide ſumto, taciturnitatem ſibi imperant; ut fallere in tranſitu eas poſſint. Gruum etiam in volando nobilis eſt cautio. Nam cum ventus eſt largus, et aër aſperior, non, ut in tranquillitate, volant fronte recta aut Lunæ in formam ſinuata: ſed ſtatim in triquetram formam conducto agmine, cuſpide ejus figuræ ſcindunt circumfluum aërem, ne ordines rumpi ab eo poſſint. Ubi ſe in Terram demiſerunt, eæ quæ noctu excubias agunt, corpus, uni inſiſtentes cruri, librant, altero pede lapidem perpetuo inter vigilandum retinent longo tempore: obrepente ſomno dimiſſus lapis illico excitat. Ut jam eo mi-

μὴ πάνυ θαυμάζειν τοῦ Ἡρακλέους, εἰ τόξα μασχάλῃ ὑποθεὶς, καὶ κραταιῷ περιβαλὼν βραχίονι,

Εὕδει πιέζων χειρὶ δεξιᾷ ξύλον.

Μηδὲ αὖ πάλιν τοῦ πρώτου ὑπονοήσαντος ὀστρέου μεμυκότος ἀνάπτυξιν, ἐντυγχάνοντα τοῖς ἐρωδιῶν σοφίσμασιν· ὅταν γὰρ τὴν κόγχην καταπίῃ μεμυκυῖαν, ἐν-
D οχλούμενος ἐγκαρτερεῖ, μέχρις ἂν αἴσθηται μαλασσομένην καὶ χαλῶσαν ὑπὸ τῆς θερμότητος· τότε δὲ ἐκβαλὼν κεχηνυῖαν καὶ ἀπεσπασμένην, ἐξεῖλε τὸ ἐδώδιμον.

ια'. Τὰς δὲ μυρμήκων οἰκονομίας καὶ παρασκευὰς ἐκφράσαι μὲν ἀκριβῶς, ἀμήχανον, ὑπερβῆναι δὲ παντελῶς, ὀλίγωρον· οὐδὲν γὰρ οὕτω μικρὸν ἡ φύσις ἔχει μειζόνων καὶ καλλιόνων κάτοπτρον, ἀλλ᾽ ὥσπερ ἐν σταγόνι καθαρᾷ πάσης ἔνεστιν ἀρετῆς ἔμφασις,

Ἔνθ᾽ ἔνι μὲν φιλότης,

τὸ κοινωνικόν· ἔνι δ᾽ ἀνδρείας εἰκὼν, τὸ φιλόπονον· ἔνεστι

D. 3. ἀπεσπασμένην] Forte legendum, ἀναπεπταμένην. Harl. ἀνεσπασμένην.

nus mirer Herculem, ſi arcum axillæ ſubjiciens, et complexus valido brachio,

*Ducit ſoporem, dextra lignum præmens:*

neque eum etiam qui primus apertionem oſtrei quod conniveret faciendam deprehendit; cum obſervaverim Erodii technam: is enim cum a concha, quam deglutiit conniventem, vexatur, tantiſper tolerat, dum eam a calore laxatam emolliendo apertamque ſenſit: tumque evomens hiantem et diductam, id quod eſui eſt eximit.

XI. Ceterum formicarum apparatus et diſpoſitiones exacte enarrare ſupra noſtras eſt vires: omnes autem præterire, nimiæ ſocordiæ. Nullum enim ita exiguum habet natura magnarum et pulchrarum rerum ſpeculum: ſed tanquam in pura gutta inſunt omnium effigies virtutum:

*Intus amicitiæ ſimulacrum eſt,*

nempe cultura ſocietatis: ineſt etiam fortitudinis imago,

δὲ πολλὰ μὲν ἐγκρατείας σπέρματα, πολλὰ δὲ φρονήσεως καὶ δικαιοσύνης. Ὁ μὲν οὖν Κλεάνθης ἔλεγε, E καίπερ οὐ φάσκων μετέχειν λόγου τὰ ζῷα, τοιαύτῃ θεωρίᾳ παρατυχεῖν. Μύρμηκας ἐλθεῖν ἐπὶ μυρμηκιὰν ἑτέραν μύρμηκα νεκρὸν φέροντας· ἀνιόντας οὖν ἐκ τῆς μυρμηκιᾶς ἑτέρους, οἷον ἐντυγχάνειν αὐτοῖς καὶ πάλιν κατέρχεσθαι· καὶ τοῦτο δὶς ἢ τρὶς γενέσθαι· τέλος δὲ, τοὺς μὲν, κάτωθεν ἀνενεγκεῖν ὥσπερ λύτρα τοῦ νεκροῦ σκώληκα, τοὺς δὲ, ἐκεῖνον ἀραμένους, ἀποδόντας δὲ τὸν νεκρὸν οἴχεσθαι. Τῶν δὲ πᾶσιν ἐμφανῶν ἥ τε περὶ τὰς ἀπαντήσεις ἐστὶν F εὐγνωμοσύνη, τῶν μηδὲν φερόντων τοῖς φέρουσιν ἐξισταμένων ὁδοῦ, καὶ παρελθεῖν διδόντων· αἵ τε τῶν δυσφόρων καὶ δυσπαρακομίστων διαβρώσεις καὶ διαιρέσεις, ὅπως εὐβάστακτα πλείοσι γένηται. Τὰς δὲ τῶν σπερμάτων διαθέσεις καὶ διαψύξεις ἐκτὸς, ὑετοῦ ποιεῖται σημεῖον ὁ Ἄρατος,

Ἢ κοίλης μύρμηκες ὀχῆς ἐξ ὤεα πάντα
Θᾶσσον ἀνηνέγκαντο·

laborum tolerantia: inſunt multa continentiæ ſemina, multa prudentiæ et juſtitiæ. Cleanthes, tametſi negabat animalia ratione prædita eſſe, nihilominus in tale ſe narrat incidiſſe ſpectaculum. Veniſſe formicas ad aliam formicarum cavernam, formicam portantes mortuam. Ex hac adſcendiſſe alias formicas tanquam ad colloquium, rurſumque deſcendiſſe: id bis terve factum: tandem has ſurſum extuliſſe vermem, tanquam redemtionis pretium pro mortua: hoc illas accepto, et reddito formicæ cadavere, diſceſſiſſe. Sed inter ea quæ manifeſta ſunt omnibus, eſt in occurrendo æquitatis ſtudium, cum nihil geſtantes geſtantibus aliquid, de via decedunt, et rerum portatu difficilium corroſiones, atque partitiones, ut a pluribus poſſint ferri in particulas divulſæ. Quod autem grana aliquando foras efferunt formicæ et frigori exponunt, hoc Aratus pluviam præmonſtrari aſſerit:

*Sæpius et tectis penetralibus extulit ova*
*Anguſtum formica terens iter.——*

καί τινες οὐκ ᾠὰ γράφουσιν, ἀλλ' ἵνα τοὺς ἀποκειμένους καρποὺς ὅταν εὐρῶτα συνάγοντας αἴσθωνται, καὶ φοβηθῶσι φθορὰν καὶ σῆψιν, ἀναφερόντων. Ὑπερβάλλει δὲ πᾶσαν ἐπίνοιαν συνέσεως ἡ τοῦ πυροῦ τῆς βλαστήσεως προκατάληψις· οὐ γὰρ δὴ παραμένει ξηρὸς οὐδὲ ἄσηπτος, ἀλλὰ διαχεῖται καὶ γαλακτοῦται μεταβάλλων εἰς τὸ φύειν· ἵνα οὖν μὴ γενόμενος σπέρμα τὴν σιτίου χρείαν διαφθείρῃ, παραμένῃ δ' αὐτοῖς ἐδώδιμος, ἐξεσθίουσι τὴν ἀρχήν, ἀφ' ἧς τὸν βλαστὸν ὁ πυρὸς ἀφίησιν. Τοὺς δὲ τὰς μυρμηκιὰς αὐτῶν ἐπὶ τῷ καταμαθεῖν ὥσπερ ἐξ ἀνατομῆς ποιοῦντας οὐκ ἀποδεχόμεθα· λέγουσι δ' οὖν οὐκ εὐθεῖαν εἶναι τὴν ἀπὸ τῆς ὅλης κάθοδον, οὐδ' εὔπορον ἄλλῳ θηρίῳ

F. 9. ἵνα τὰς] Legendum εἶα pro ἵνα, notavit Mez. jam antea P. Leopard. Emend. VII, 26. item diſerte Græcum in Francica verſione poſuit Amiot. Unus ex noſtris Harl. diſſentit a vulgato, exhibens ἰά. Ceterum, una voce auctius legendum εἶα, ὡς τοὺς—ita ſequens ἀναφερόντων habebit quo referatur. Arati locus eſt Διοσ. 224.

A. 9. ἐξ ἀνατομῆς ποιοῦντας] Nec lectio ſana eſt, nec ejus ſanandæ ratio adeſt. Variant non nihil libri Ald. Baſ. Xyl. ἐξανατομῆς ποιοῦντας. E. ἐξ ἀνατομῆς ποιοῦντας. Harl. ἐξ ἀνατομῆς πληρεῦντας. Reiſk. conjicit i. d. σκοποῦντας. Mihi, novum ſed probabile, in mentem venit ἐξανατομίας ποιοῦντας *tanquam caſtratos medica ſectione reddentes.* Vid. Animadv.

A. 11. ὅλης] Rectius ὀπῆς, quod vertendo ſignificavit Xyl. hinc Mez. et Reiſk.

Quidam non ὠὰ, id eſt, *ova*, ſed εἶα *fructus*, poëtam ſcripſiſſe affirmant: quod nimirum formicæ eos fructus quos reconditos habent, metu rubiginis ac putredinis, quam præſentiant imminentem, exitioque futuram, foras efferre ſoleant. Omnem earum calliditatem ſuperat præſenſio tritici germinationis: non enim manet aridum, aut putredinis exſors, ſed humectatur, et lacteſcit, cum jam eo tendit ut in herbam mutetur; ne igitur ſeminis vim ſervans, inutile eſui fiat, exedunt illud principium ſeu acumen grani, e quo germen emitti a tritico ſolet. Non probo eos, qui quaſi corporis diſſectionem æmulantes, earum cavernas rei perſpiciendæ cauſſa luſtrant. Ii quidem dicunt, a foramine non eſſe rectum in eam deſcen-

διεξελθεῖν, ἀλλὰ καμπαῖς καὶ στρεβλότησι κεκλασμένας B ὑποπορεύσεις καὶ ἀνατρήσεις ἐχούσας εἰς τρεῖς κοιλότητας ἀποτελευτῶσαν, ὧν τὴν μὲν ἐνδιαίτημα κοινὸν αὐτοῖς εἶναι, τὴν δὲ τῶν ἐδωδίμων ταμεῖον, εἰς δὲ τὴν τρίτην ἀποτίθεσθαι τοὺς θνήσκοντας.

ιβ΄. Οἶμαι δὲ μὴ ἄκαιρος ὑμῖν φανεῖσθαι, τοῖς μύρμηξιν ἐπεισάγων τοὺς ἐλέφαντας, ἵνα τοῦ νοῦ τὴν φύσιν ἔν τε τοῖς μικροτάτοις ἅμα καὶ μεγίστοις σώμασι κατανοῶμεν, μήτε τούτοις ἀφανιζομένην, μήτε ἐκείνοις ἐνδέουσαν. Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι θαυμάζουσι τοῦ ἐλέφαντος ὅσα μανθάνων καὶ διδασκόμενος ἐν τοῖς θεάτροις ἐπιδείκνυται σχημάτων εἴδη καὶ μεταβολάς, ὧν οὐδὲ ἀνθρωπίναις με- C λέταις τὸ ποικίλον καὶ περιττὸν ἐν μνήμῃ καὶ καθέξει γενέσθαι πάνυ ῥᾴδιόν ἐστιν· ἐγὼ δὲ μᾶλλον ἐν τοῖς ἀφ' αὐτοῦ καὶ ἀδιδάκτοις τοῦ θηρίου πάθεσι καὶ κινήμασιν, ὥσπερ ἀκράτοις καὶ ἀπαραχύτοις, ἐμφαινομένην ὁρῶ τὴν σύνεσιν. Ἐν Ῥώμῃ μὲν γὰρ οὐ πάλαι πολλῶν προσ-

ſum, aut quem alia beſtia facile poſſet perrepere: ſed amfractibus atque flexibus cuniculiſque varie interceptum in tres deſinere cavitates: quarum una commune ſit omnium domicilium, ſecunda penus rerum ad victum pertinentium, in tertiam mortuæ reponantur.

XII. Puto autem non intempeſtivum vobis viſum iri, ſi poſt formicas elephantum producam: ut mentis vim et in minimis et in maximis corporibus contemplemur, neque illis non ſufficientem, neque in his deficientem. Alii in elephante hæc admirantur, quæ diſcens et condocefactus in theatris oſtentat: figurarum formas, inquam, et immutationes, tanta varietate et ſubtilitate, non facile ut humana meditatione, retentione, ac memoria poſſint æquari. Ego autem magis ex his, quos a ſua natura et nulla a diſciplina habet hoc animal, motibus cum animi tum corporis, tanquam ſinceris et meris, intellectum ei ineſſe animadverto. Romæ non ita pridem, cum multi

διδασκομένων στάσεις τινὰς κτᾶσθαι παραβόλους, καὶ κινήσεις δυσεξελίκτους ἀνακυκλεῖν, εἷς ὁ δυσμαθέστατος ἀκούων κακῶς ἑκάστοτε καὶ κολαζόμενος πολλάκις, ὤφθη νυκτὸς αὐτὸς ἀφ' ἑαυτοῦ πρὸς τὴν σελήνην ἀναταττόμενος τὰ μαθήματα καὶ μελετῶν. D 'Εν δὲ Συρίᾳ πρότερον Ἅγνων ἱστορεῖ, τρεφομένου κατ' οἰκίαν ἐλέφαντος, τὸν ἐπιστάτην λαβόντα κριθῶν μέτρον ὑφαιρεῖν καὶ παρακόπτειν μέρος ἥμισυ καθ' ἡμέραν· ἐπεὶ δὲ, τοῦ δεσπότου παρόντος ποτὲ καὶ θεωμένου, πᾶν τὸ μέτρον κατήρασεν, ἐμβλέψαντα καὶ διαγαγόντα τὴν προβοσκίδα, τῶν κριθῶν ἀποδιαστῆσαι καὶ διαχωρίσαι τὸ μέρος, ὡς ἐνῆν λογιώτατα κατειπόντα τοῦ ἐπιστάτου τὴν ἀδικίαν. Ἄλλον δὲ ταῖς κριθαῖς λίθους καὶ γῆν εἰς τὸ μέτρον τοῦ ἐπιστάτου καταμιγνύοντος, E ἑψομένων κρεῶν, δραξάμενον τῆς τέφρας ἐμβαλεῖν εἰς τὴν χύτραν. Ὁ δὲ ὑπὸ τῶν παιδαρίων προ-

C. 7. κτᾶσθαι] Legendum ἵστασθαι: ut jam Iſ. Caſaubon. vidit. Caſaubonian. p. 84. a quo non debebat diſſentire Reiſkius. In eandem correctionem inciderat Mez.

C. 10. ἀναταττόμενος] Mez. ἀναπλαττόμενος: eadem veriſimilitudine corrigere poſſimus ἀναματτόμενος. Sed nec vulgata caret quo ſe tueatur.

D. 3. τὸν ἐπιστάτην] τὸν addidimus ex E.

docerentur inſtitiones admirabiles, gyroſque explicatu difficiles; quidam reliquis omnibus minus docilis, ob idque crebro increpatus et caſtigatus, deprehenſus eſt noctu ſua ſponte ad Lunam ſe exercens, atque diſcens. In Syria ſcribit Agno quondam in domo quadam elephantum fuiſſe nutritum: quem cum magiſter hordei demenſi quotidie dimidio defraudaret, et aliquando idem, domino inſpiciente, totum demenſum affunderet; elephantum hoc viſo, proboſcide porrecta ſemiſſem ſeparaſſe, itaque ingenioſiſſime fraudem præfecti ſui prodidiſſe. Alium, cum in menſuram alimenti terram et lapides ingereret magiſter, et carnes juxta elixarentur, cineres arreptos in ollam conjeciſſe. Alius Romæ a pueris vexatus, proboſcidem ejus

πλησιασθεὶς ἐν Ῥώμῃ τοῖς γραφείοις τὴν προβοσκίδα κεντούντων, ὃν συνέλαβε μετέωρον ἐξάρας, ἐπίδοξος ἦν ἀποτυμπανίσειν· κραυγῆς δὲ τῶν παρόντων γενομένης, ἀτρέμα πρὸς τὴν γῆν πάλιν ἀπηρείσατο, καὶ παρῆλθεν, ἀρκοῦσαν ἡγούμενος δίκην τῷ τηλικούτῳ φοβηθῆναι. Περὶ δὲ τῶν ἀγρίων καὶ αὐτονόμων, ἄλλα τε θαυμάσια καὶ τὰ περὶ τὰς διαβάσεις τῶν ποταμῶν ἱστοροῦσι· προδιαβαίνει γὰρ ἐπιδοὺς αὑτὸν ὁ νεώτατος καὶ μικρότατος, οἱ δὲ ἑστῶτες ἀποθεωροῦσιν, ὡς, ἂν ἐκεῖνος ὑπεραίρῃ τῷ μεγέθει F τὸ ῥεῦμα, πολλὴν τοῖς μείζοσι πρὸς τὸ θαῤῥεῖν περιουσίαν τῆς ἀσφαλείας οὖσαν.

ιγ'. Ἐνταῦθα τοῦ λόγου γεγονὼς, οὐ δοκῶ μοι παρήσειν δι' ὁμοιότητα τὸ τῆς ἀλώπεκος. Οἱ μὲν οὖν μυθολόγοι τῷ Δευκαλίωνί φασι περιστερὰν ἐκ τῆς λάρνακος ἀφιεμένην, δήλωμα γενέσθαι, χειμῶνος μὲν, εἴσω πάλιν

F. 5. τὸ τῆς ἀλώπεκος] τὸ addidimus ex E. et Mez. At Venet. habet τὴν ἀλώπεκα : item B. et vulgatam in margine.

ſtylis qui pungebant, unum ex iis comprehenſum ſublimem extulit, videbaturque enecaturus : ſed, oborto adſtantium clamore, paulatim ad terram demiſit, ac diſceſſit : metum parvulo ſatis eſſe pœnæ arbitratus. De feris autem et ſeorſim paſcentibus, cum alia multa mirabilia narrantur, tum quo modo flumina tranare ſoleant. Primus ſe committit fluvio qui ætate et quantitate eſt reliquis minor omnibus : illi autem ſtantes in ripa ſpectant : quod, ſi ille ſuo corpore ſupra aquam exſtet, jam fiduciam trajiciendi indubitatam ſibi ſciunt eſſe concipiendam.

XIII. Huc uſque provectus oratione, videor mihi propter ſimilitudinem non debere præterire vulpis aſtutiam. Sane qui fabulas narrant, ii columbam aiunt ex arca emiſſam Deucalioni certum indicium detuliſſe tempeſtatis, cum rurſus ingrederetur : ſerenitatis, cum avo-

ἐνδυομένην, εὐδίας δὲ, ἀποπλέουσιν· οἱ δὲ Θρᾷκες ἔτι νῦν ὅταν παγέντα ποταμὸν διαβαίνειν ἐπιχειρῶσιν, ἀλώ-
69 πεκα ποιοῦνται γνώμονα τοῦ πάγου στερρότητος· ἡσυχῇ γὰρ ὑπάγουσα παραβάλλει τὸ οὖς· κἂν μὲν αἴσθηται ψόφῳ τοῦ ῥεύματος ἐγγὺς ὑποφερομένου, τεκμαιρομένη μὴ γεγονέναι διὰ βάθους τὴν πῆξιν, ἀλλὰ λεπτὴν καὶ ἀβέβαιον, ἵσταται, κἂν ἐᾷ τις, ἐπανέρχεται· τῷ δὲ μὴ ψοφεῖν θαρροῦσα, διῆλθε. Καὶ τοῦτο μὴ λέγωμεν αἰσθήσεως ἄλογον ἀκρίβειαν, ἀλλὰ ἐξ αἰσθήσεως συλλογισμὸν ὅτι τὸ ψοφοῦν κινεῖται, τὸ δὲ κινούμενον οὐ πέπηγε, τὸ δὲ μὴ πεπηγὸς ὑγρόν ἐστι, τὸ δὲ ὑγρὸν ἐνδίδωσιν. Οἱ δὲ διαλεκτικοί φασι, τὸν κύνα τῷ διὰ πλειόνων
B διεζευγμένῳ χρώμενον ἐν ταῖς πολυσχιδέσιν ἀτραποῖς, συλλογίζεσθαι πρὸς ἑαυτὸν, "ἤτοι, τήνδε τὸ θηρίον ὥρμηκεν, ἢ τήνδε, ἢ τήνδε· ἀλλὰ μὴν οὔτε τήνδε, οὔτε τήνδε· τῇδε λοιπὸν ἄρα·" τῆς μὲν αἰσθήσεως οὐδὲν ἢ τὴν

A. 6. λέγωμεν] Sic Venet. Harl. P. Xyl. Mez. Vulgo, λέγομεν.

laſſet. Sed Thraces in hunc uſque diem quando concretum gelu fluvium volunt tranſire, vulpe utuntur ad ſoliditatem glaciei explorandam: ſenſim enim accedens, aurem admovet: et, ſiquidem ſtrepitu oblato ſentiat aquam prope ſubterlabi, ratiocinatur non in profundum congelaſſe aquam, ideoque ſubſiſtit, et, niſi prohibeat aliquis, retro abit: ſi nullum ſonitum percipiat, jam audacter tranſit. Neque eſt quod hoc dicamus ſenſus brutam eſſe ſubtilitatem, ſed ratiocinationem, cui ſenſus præbuerit principium: ea autem eſt talis: *quod ſonitum edit, movetur: quod movetur, non congelavit: quod non congelavit, humidum eſt; quod humidum, id ſubſidere ſolet.* Dialectici aiunt canem in triviis ea uti argumentatione, quæ e pluribus diſjunctis enunciatis conficitur: ſic enim ſecum colligere: *Fera aut hac, aut hac, aut illa inſtitit via: nec hac, nec hac: ergo illa quæ ſupereſt:* ſenſu niſi aſſumtionem nihil ſuppe-

πρόσληψιν διδούσης, τοῦ δὲ λόγου τὰ λήμματα, καὶ τὸ συμπέρασμα τοῖς λήμμασιν ἐπιφέροντος. Οὐ μὴν δεῖταί γε τοιαύτης μαρτυρίας ὁ κύων· ψευδὴς γάρ ἐστι καὶ κίβδηλος· ἡ γὰρ αἴσθησις αὐτὴ τοῖς ἴχνεσι καὶ τοῖς νεύμασι τοῦ θηρίου τὴν φυγὴν ἐπιδείκνυσι, χαίρειν λέγουσα διεζευγμένοις ἀξιώμασι καὶ συμπεπλεγμένοις. Δι' ἄλλων δὲ πολλῶν ἔργων καὶ παθῶν καὶ καθηκόντων, οὔτε ὀσφραντῶν, c
οὔτε ὁρατῶν, ἀλλὰ διανοίᾳ καὶ λόγῳ μόνον πρακτῶν καὶ θεατῶν ὄντων, κατιδεῖν ἐστι τὴν κυνὸς φύσιν· οὗ τὰς μὲν ἐν ἄγραις ἐγκρατείας καὶ πειθαρχίας καὶ ἀγχινοίας, γελοῖος ἔσομαι λέγων πρὸς ὑμᾶς τοὺς ὁρῶντας αὐτὰ καθ' ἡμέραν καὶ μεταχειριζομένους. Οὐδὲ τοῦ Ῥωμαίου σφαγέντος ἐν τοῖς ἐμφυλίοις πολέμοις οὐδεὶς ἐδυνήθη τὴν κεφαλὴν ἀποτεμεῖν πρότερον, πρὶν ἢ τὸν κύνα τὸν φυλάττοντα καὶ προμαχόμενον αὐτοῦ κατακεντῆσαι περιστάντας. Πύῤῥος δὲ ὁ βασιλεὺς ὁδεύων ἐνέτυχε κυνὶ φρου-

B. 5. πρόσληψιν] Vetus hæc et vera lectio revocata eſt ex Ald. Baſ. Xyl. Harl. Venet. P. Mez. Vulgo, πρόληψιν, quod forte Steph. ſumſit ab Amioto et Xyl. qui ſic verterant: neque diſſentiunt a Steph. Excerpta B. E.

ditante, ratione prænotionem, iiſque concluſionem inferente. Neque vero canis hoc indiget teſtimonio, falſum cum ſit, et adulterinum: nam ipſe ſenſus cani veſtigiis et curſus flexibus perſequendis feræ quo fugerit ea demonſtrat, valere juſſis iſtis disjunctis aut copulatis effatis. Alioqui vero e multis factis, affectionibus, et officiis canis, quæ neque olfactui neque viſui obvia, ſola intelligentia agi et conſiderari queunt, natura ejus perſpici poteſt. Ridiculus ſim, hujus animalis in venatione continentiam, obedientiam, atque ſolertiam vobis narrans, quotidie iſta videntibus et tractantibus. Romano cuidam in bellis civilibus jugulato caput amputare nemo potuit, niſi prius canem qui dominum cuſtodiebat, ac pro eo propugnabat circumfuſi confodiſſent. Pyrrhus rex iter faci-

ρῦντι σῶμα πεφονευμένου, καὶ πυθόμενος τρίτην ἡμέραν ἐκείνην ἄσιτον παραμένειν καὶ μὴ ἀπολείπειν, τὸν μὲν
D νεκρὸν ἐκέλευσε θάψαι, τὸν δὲ κύνα μεθ' ἑαυτοῦ κομίζειν ἐπιμελουμένους· ὀλίγαις δὲ ὕστερον ἡμέραις ἐξέτασις ἦν τῶν στρατιωτῶν, καὶ πάροδος καθημένου τοῦ βασιλέως, καὶ παρῆν ὁ κύων ἡσυχίαν ἔχων· ἐπεὶ δὲ τοὺς φονέας τοῦ δεσπότου παριόντας εἶδεν, ἐξέδραμε μετὰ φωνῆς καὶ θυμοῦ ἐπ' αὐτούς, καὶ καθυλάκτει πολλάκις μεταστρεφόμενος εἰς τὸν Πύῤῥον· ὥστε μὴ μόνον ἐκείνῳ δι' ὑποψίας ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς παροῦσι τοὺς ἀνθρώπους γενέσθαι· διὸ συλληφθέντες εὐθὺς καὶ ἀνακρινόμενοι, μικρῶν τινων τεκμηρίων ἔξωθεν προσγινομένων, ὁμολογή-
E σαντες τὸν φόνον, ἐκολάσθησαν. Ταῦτα δὲ καὶ τὴν Ἡσιόδου κύνα τοῦ σοφοῦ δρᾶσαι λέγουσι, τοὺς Γανύκτορος ἐξελέγξαντα τοῦ Ναυπακτίου παῖδας, ὑφ' ὧν ὁ Ἡσίοδος ἀπέθανεν. Ὃ δὲ οἱ πατέρες ἡμῶν ἔγνωσαν αὐτοὶ γε-

E, 3. Ναυπακτίου] Sic B. Venet. Baſ. Xyl. Collat. Muret. Jannot. Schott. T. B. Anon. Amiot. Mez. eodem ducit Harl. ναυ κτίου. Vulgo, Ναυκλητίου.

ens incidit in canem qui interfecti hominis corpus adſervabat: cognitoque eum tertium jam diem cibi expertem aſſidere, neque cadaver deſerere tamen, illud quidem humari, canem autem attente ſecum duci juſſit. Paucis poſt diebus militum habita fuit luſtratio, ita ut ſinguli rege ſedente tranſirent. Ibi canis, qui aderat, atque adhuc quietus fuerat, ut vidit domini ſui percuſſores tranſire, fremens procurrit, eoſque allatravit, ſubinde ſe ad Pyrrhum obvertens; ita quidem ut non rex modo, ſed qui aderant omnes ſuſpicionem de iis conciperent: ergo comprehenſi et examinati, levibus quibuſdam ſignis aliunde accedentibus, faſſi homicidium, pœnas dederunt. Idem feciſſe aiunt Heſiodi illius ſapientis canem, qui Ganyctoris Naupactii filios prodiderit, a quibus Heſiodus interfectus fuerat. Quod autem parentes noſtri Athenis,

λάζοντες Ἀθήνησιν, ἐναργέστερον ἐπὶ τῶν εἰρημένων· παραῤ-ῥυεὶς γὰρ ἄνθρωπος εἰς τὸν νεὼν τοῦ Ἀσκληπιοῦ, τὰ εὔογκα τῶν ἀργυρῶν καὶ χρυσῶν ἔλαβεν ἀναθημάτων, καὶ λεληθέναι νομίζων ὑπεξῆλθεν· ὁ δὲ φρουρὸς κύων ὄνομα Κάππαρος, ἐπεὶ μηδεὶς ὑλακτοῦντι τῶν νεωκόρων ὑπήκουεν F αὐτῷ, φεύγοντα τὸν ἱερόσυλον ἐπεδίωκε· καὶ πρῶτον μὲν βαλλόμενος λίθοις οὐκ ἀπέστη· γενομένης δὲ ἡμέρας ἐγγὺς οὐ προσιὼν, ἀλλ' ἀπ' ὀφθαλμοῦ παραφυλάττων εἵπετο, καὶ τροφὴν προβάλλοντος οὐκ ἐλάμβανεν, ἀναπαυομένῳ δὲ παρενυκτέρευε, καὶ βαδίζοντος πάλιν ἐπηκολούθει ἀναστὰς, τοὺς δὲ ἀπαντῶντας ὁδοιπόρους ἔσαινεν, ἐκείνῳ δ' ἐφυλάκτει καὶ προσέκειτο· ταῦτα δὲ οἱ διώκοντες πυνθανόμενοι παρὰ τῶν ἀπαντώντων ἅμα καὶ τὸ χρῶμα φραζόντων καὶ τὸ μέγεθος τοῦ κυνὸς, προθυμότερον ἐχρήσαντο τῇ διώξει, καὶ καταλαβόντες τὸν ἄνθρωπον, ἀνήγαγον ἀπὸ Κρομμυῶνος· ὁ δὲ κύων ἀνα- 970

F. 10. τὸ μέγεθος] τὸ addidimus ex Harl. P.

cum ibi bonis literis vacarent, comperere, id dictis evidentius eſt. Quidam cum in templum Æſculapii occulte intraſſet, argenteorum et aureorum donariorum quæ mediocris eſſent ponderis arripuit, cumque iis abiit, latuiſſe ſe putans. Sed cuſtos canis, nomine Capparus, cum nemo æditorum latrantem exaudiret, fugientem ſacrilegum inſecutus eſt: et initio quidem ſaxis petitus, non abſtitit: luce autem facta, eminus eum eſt ſecutus, tanto ſpatio ut videre hominem ſemper poſſet eum obſervans: cibum ab eo projectum reſpuit, juxta dormientem excubavit, rurſum ſurgentem ſubſecutus eſt, obviis viatoribus adblandiens, illum allatravit atque urſit. Hæc cum ii qui ſacrilegum perſequebantur ex occurrentibus audiviſſent, ſimul colorem et magnitudinem canis exponentibus, alacrius perrexerunt, deprehenſumque ſacrilegum a Crommyone reduxerunt: cane in revertendo præeunte,

στρέψας προσηγάγετο γαῦρος καὶ περιχαρὴς, οἷον ἑαυτοῦ ποιούμενος ἄγραν καὶ θήραμα τὸν ἱερόσυλον. Ἐψηφίσαντο δὲ σῖτον αὐτῷ δημοσίᾳ μετρεῖσθαι, καὶ παρεγγυᾶσθαι τοῖς ἱερεῦσιν εἰσαεὶ τὴν ἐπιμέλειαν· ἀπομιμησάμενοι τὸ πρὸς τὸν ἡμίονον φιλανθρώπευμα τῶν παλαιῶν Ἀθηναίων. Τὸν γὰρ ἑκατόμπεδον νεὼν Περικλέους ἐν ἀκροπόλει κατασκευάζοντος, ὡς εἰκὸς, λίθοι προσήγοντο πολλοῖς ζεύγεσι καθ᾽ ἡμέραν· τῶν οὖν συνειργασμένων μὲν προθύμως,
ἤδη δὲ διὰ γῆρας ἀφειμένων ὀρέων εἷς κατερχόμενος εἰς Κεραμεικὸν, καὶ τοῖς ἀνάγουσι ζεύγεσι τοὺς λίθους ὑπ-
B αντῶν, ἀεὶ συνανέστρεφε καὶ συμπαρετρόχαζεν, οἷον ἐγκελευόμενος καὶ παρορμῶν· διὸ θαυμάσας αὐτοῦ τὴν φιλοτιμίαν ὁ δῆμος, ἐκέλευσε δημοσίᾳ τρέφεσθαι, καθάπερ ἀθλητῇ σίτησιν ὑπὸ γήρως ἀπειρηκότι ψηφισάμενος.

ιδ΄. Διὸ τοὺς λέγοντας ὡς ἡμῖν οὐδὲν πρὸς τὰ ζῶα δίκαιόν ἐστι, ῥητέον εὖ λέγειν, ἄχρι τῶν ἐναλίων καὶ

lætitiaque exſultante, ut qui ſibi capti ſacrilegi laudem vindicaret. Athenienſes decreverunt, ut cibus ei publice demenſus daretur, et ſacerdotibus ea cura ſemper demandaretur. Qua in re imitati ſunt priſcorum Athenienſium humanitatem erga mulum. Cum enim Pericles hecatompedum templum in arce ædificaret, atque, ut fieri adſolet, quotidie lapides multis ſarracis eo ſubveherentur: mulorum unus qui alacriter quidem opus adjuverat, ſed jam ob ætatem vacatione donatus fuerat, in Ceramicum deſcendens, ac lapides vectantibus plauſtris occurrens, perpetuo una verſabatur atque curſitabat, veluti exhortans alios et incitans; itaque populus ejus ſtudium miratus, tanquam athletæ ob ſenectutem rude donato publice alimenta decrevit.

XIV. Dicendum eſt ergo, eos qui negant quidquam nobis adverſus animalia juris eſſe, hactenus recte loqui, ſi hoc de marinis et in profundo

βυθίων· ἄμικτα γὰρ ἐκεῖνα κομιδῇ πρὸς χάριν καὶ ἄστοργα, καὶ πάσης ἄμοιρα γλυκυθυμίας· καὶ καλῶς Ὅμηρος εἶπε,

——γλαυκὴ δέ σ' ἔτικτε θάλασσα,

πρὸς τὸν ἀνήμερον εἶναι δοκοῦντα καὶ ἄμικτον· ὡς μηδὲν τῆς θαλάσσης εὐνοϊκόν, μηδὲ πρᾶον φερούσης. Ὁ δὲ καὶ C
πρὸς τὰ χερσαῖα τῷ λόγῳ τούτῳ χρώμενος, ἀπηνὴς καὶ θηριώδης· ἢ μηδὲ Λυσιμάχῳ τι γεγονέναι φήσει πρὸς τὸν κύνα τὸν Ὑρκανὸν δίκαιον, ὃς νεκρῷ τε μόνος παρέμεινεν αὐτῷ, καὶ καιομένου τοῦ σώματος ἐνδραμὼν αὑτὸν ἐπέρριψεν. Τὰ δὲ αὐτὰ καὶ τὸν Ἀστὸν δρᾶσαι λέγουσιν ὃν Πύρρος, οὐχ ὁ βασιλεύς, ἀλλ' ἕτερός τις ἰδιώτης, ἔθρεψεν· ἀποθανόντος γὰρ αὐτοῦ περὶ τὸ σῶμα διατελεῖν καὶ περὶ τὸ κλινίδιον αἰωρούμενος ἐκφερομένου, τέλος εἰς τὴν πυρὰν συνειλάμενος ἀφῆκεν ἑαυτὸν καὶ

C. 3. ἢ μηδὲ] Sic E. Vulgo, εἰ δὲ μή. Xyl. Mez. εἰ μηδὲ. B. εἰ δὲ μή, Λυσιμάχῳ τί γέγονε φύσει—;
C. 6. ἐπέρριψεν] Sic B. Venet. Harl. Vulgo, ἀπέρριψεν.
C. 6. Ἀστὸν] Recepi a B. Harl. Xyl. cod. et edit. Schott. T. V. B. ut præferendum vulgato quidem αὐτόν.

degentibus accipi velint, quæ nullo nobis commercio, nulla gratia, nullo amore conjuncta, omnis expertia ſunt jucunditatis: et recte dicitur apud Homerum,

——*ſed te genuit mare glaucum,*

in hominem immitem et inſociabilem, quod nimirum mare nihil benevolum, nihil manſuetum proferat. Qui vero hoc etiam de terreſtribus affirmat, immanis eſt et ferus. Niſi forte nihil juris fuiſſe Lyſimacho aſſeramus adverſus Hyrcanum canem, qui et cadaveri ſolus adſedit, et cum id cremaretur, adcurrens in ignem ſeſe conjecit. Idem etiam Aſtum feciſſe ferunt, canem a Pyrrho, non rege illo, ſed alio quodam privato, enutritum: nam et circa cadaver mortui moram traxit, et cum efferretur, lecticæ adſultavit, et in rogum denique inſiluit, eſtque una com-

D συγκατέκαυσε. Πώρου δὲ τοῦ βασιλέως ὁ ἐλέφας ἐν τῇ πρὸς Ἀλέξανδρον μάχῃ κατατετρωμένου, πολλὰ τῶν ἀκοντισμάτων ἀτρέμα καὶ φειδομένως ἐξῄρει τῇ προβοσκίδι, καὶ κακῶς ἤδη διακείμενος αὐτὸς, οὐ πρότερον ἐνέδωκεν, ἢ τοῦ βασιλέως ἐξαίμου γινομένου καὶ περιρρέοντος αἰσθανόμενος καὶ φοβηθεὶς μὴ πέσῃ, πράως ὑφῆκε, παρέχων ἐκείνῳ τὴν ἀπόκλισιν ἄλυπον. Ὁ δὲ Βουκεφάλας γυμνὸς μὲν ὢν παρεῖχεν ἀναβῆναι τῷ ἱπποκόμῳ, κοσμηθεὶς δὲ τοῖς βασιλικοῖς προκοσμίοις καὶ περιδεραίοις οὐδένα προσίετο, πλὴν αὐτὸν Ἀλέξανδρον· τοῖς δὲ ἄλλοις, εἰ πειρώμενοι προσίοιεν, ἐναντίος ἐπιτρέχων
E ἐχρεμέτιζε μέγα καὶ συνήλλετο, καὶ κατεπάτει τοὺς μὴ πρόσω ἵεσθαι μηδ᾽ ἀποφεύγειν φθάσαντας.

ιε΄. Οὐκ ἀγνοῶ δὲ ὅτι τῶν παραδειγμάτων ὑμῖν φανεῖταί τι ποικίλον· οὐκ ἔστι δὲ ῥᾳδίως τῶν εὐφυῶν ζώων πρᾶξιν εὑρεῖν μιᾶς ἔμφασιν ἀρετῆς ἔχουσαν· ἀλλὰ ἐμ-

D. 9. προκοσμίοις] Sic omnes libri, excepto P. προκεμίοις. Vulgatum tamen præferendum.
E. 3. φανεῖταί] Sic E. Vulgo, φανῆναι: conſequenter in antecedentibus corrigendum, ὅτι τὸ τῶν παραδειγμάτων—.

buſtus. Poro rege in pugna contra Alexandrum vulneribus confecto elephantus ſenſim et leniter multa ſpicula proboſcide extraxit: et ipſe jam male affectus, non prius tamen procubuit, quam ſenſit regem exſanguem delabi: tum demum, ne corrueret, paulatim ſeſe demiſit, ut rex commodius ad ſolum ſe inclinare poſſet. Bucephalus nudus conſcendendum ſe equiſoni ſuo præbebat: ornatus autem regiis phaleris et bullis, neminem excepto Alexandro admittebat: ceterorum ſi quis accederet tentandi gratia, adverſus occurrens magno cum hinnitu inſiliebat et conculcabat, niſi quis fuga ſaluti conſuluiſſet.

XV. Neque neſcio quodvis exemplum vobis viſum iri varietate aliqua conſtare. Non poteſt autem facile ingenioſi animalis factum aliquod inveniri, in quo unius duntaxat

φαίνεται καὶ τῷ φιλοστόργῳ τὸ φιλότιμον αὐτῶν, καὶ τῷ γενναίῳ τὸ θυμόσοφον, ἥ τε πανουργία καὶ τὸ συνετὸν οὐκ ἀπήλλακται τοῦ θυμοειδοῦς καὶ ἀνδρώδους. Οὐ μὴν ἀλλὰ βουλομένοις διαιρεῖν καὶ διορίζειν καθ᾽ ἕκαστον, ἡμέρου μὲν ἔμφασιν ὁμοῦ καὶ ὑψηλοῦ φρονήματος ποιοῦσιν οἱ κύνες, ἀποτρεπόμενοι τῶν συγκαθεζομένων· ὥς που καὶ ταῦτα εἴρηται.

Οἱ μὲν κεκλήγοντες ἐπέδραμον· αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς F
Ἕζετο κερδοσύνῃ, σκῆπτρον δέ οἱ ἔκπεσε χειρός·

Οὐκέτι γὰρ προσμάχονται τοῖς ὑποπεσοῦσι καὶ γεγονόσι ταπεινοῖς τὰς ἕξεις ὁμοίοις. Φασὶ δὲ καὶ τὸν πρωτεύοντα κύνα τῶν Ἰνδικῶν καὶ μαχεσθέντα πρὸς Ἀλέξανδρον, ἐλάφου ἀφιεμένου καὶ κάπρου καὶ ἄρκτου, ἡσυχίαν ἔχοντα κεῖσθαι καὶ περιορᾶν· ὀφθέντος δὲ λέοντος εὐθὺς ἐξαναστῆναι καὶ διακονίεσθαι, καὶ φανερὸν εἶναι αὐτοῦ [illegible]- 971

F. 4. ταπεινοῖς] Sic Harl. omittens tamen proxima τὰς ἕξεις ὁμοίας.

F. 5. μαχεσθέντα] Ita omnes libri: At præſto ſunt conjecturæ: Turnebi ἀχθέντα: ita enim apparet in Exemplo, ejus manu notato: perperam Index Var. Lect. Græco-Lat. μαχθέντα. Mez. ἀπεμφθέντα. Reiſk. προσαχθέντα. Equidem malim εἰσαχθέντα.

virtutis inſit indicium: ſed elucescit in amore eorum erga prolem ſimul ſtudium laudis et alacritas, in fortitudine ſapientia iræ moderans, et prudentia atque aſtutia non eſt abſque audacia. Si tamen libeat dividere, et diſtinguere ſingula, manſueti ſimul et excelſi animi imaginem proponunt canes, qui avertuntur a ſubſidentibus in terram: quo hæc pertinent,

*Cum clangore canes tunc irruere: hic ſed Ulyſſes*
*Aſtu ſubſedit, baculumque abjecit.*——

non enim porro impetunt canes eos qui ſe demiſerunt, humiliumque animo ſimiles ſunt facti. Ferunt etiam præcipuum de Indicis canibus qui ad Alexandrum adducti ſunt, emiſſis cervo, apro, et urſo quietum jacuiſſe, eoſque ſprevisse, viſo autem leone ſtatim ſurrexiſſe, et ad certamen ſe paraſſe, palam oſtendentem

πολέμιον ἀνταγωνιστὴν, τῶν δὲ ἄλλων ὑπερφρονοῦντα πάντων. Οἱ δὲ τοὺς δασύποδας διώκοντες, ἐὰν μὲν αὐτοὶ κτείνωσιν, ἥδονται διασπῶντες, καὶ τὸ αἷμα λάπτουσι προθύμως· ἐὰν δὲ ἀπογνοὺς ἑαυτὸν ὁ λαγωὸς, ὃ γίνεται πολλάκις, ὅσον ἔχει πνεύματος εἰς τὸν ἔσχατον ἀναλώσας δρόμον ἐκλίπῃ, νεκρὸν καταλαβόντες οὐχ ἅπτονται τοπαράπαν, ἀλλ' ἵστανται, τὰς οὐρὰς κινοῦντες, ὡς οὐ κρεῶν χάριν, ἀλλὰ νίκης καὶ φιλονεικίας ἀγωνιζόμενοι.

ιϛ'. Πανουργίας δὲ πολλῶν παραδειγμάτων ὄντων, ἀφεὶς ἀλώπεκας καὶ λύκους, καὶ τὰ γεράνων σοφίσματα καὶ
B καὶ κολοιῶν, (ἔστι γὰρ δῆλα), μάρτυρι χρησόμεθα Θαλῇ τῷ παλαιοτάτῳ τῶν σοφῶν, ὃν οὐχ ἥκιστα θαυμασθῆναι λέγουσιν ὀρέως τέχνῃ περιγενόμενον. Τῶν γὰρ ἁλιηγῶν ἡμιόνων εἷς ἐμβαλὼν εἰς ποταμὸν ὤλισθεν αὐτομάτως, καὶ τῶν ἁλῶν διατακέντων, ἀναστὰς ἐλαφρὸς, ᾔσθετο τὴν

B. 3. ὀρέως] Auſus ſum hoc recipere ex conjectura, ſed tantæ illa probabilitatis, quantam conjectura habere poteſt maximam; nec minoris eadem evidentiæ; quippe quæ non fugerit Amiotum. Mez. Reiſk. Vulgo, ὀρθῶς.

hunc ſe ſibi adverſarium, contemtis reliquis omnibus, deligere. Canes vero qui lepores venantur, ſi ipſi eos interficiant, gaudent iis dilacerandis ac ſanguine eorum potando: ſi vero lepus deſperata ſalute, ut ſæpe fit, quidquid habet reliquum ſpiritus in extremum inſumens curſum concidat; mortuum nactus canis non tangit omnino, ſed adſtat caudam movens: ſignificans nimirum ſe non carnis ſed victoriæ cauſſa certaſſe.

XVI. Verſutiæ autem cum ſint multa exempla, omiſſis vulpium, luporum, gruum, graculorumque commentis calidis, (ſunt enim nota), teſtem laudabo Thaletem antiquiſſimum ſapientum: quem ferunt non minimam laudem eo inveniſſe, quod mulum arte ſuperaſſet. Salem portantium mulorum quidam fluvium ingreſſus, fortuito concidit, ac ſale in aqua colliquato, cum ſurgens onere ſe

αἰτίαν, καὶ κατεμνημόνευσεν, ὥστε διαβαίνων ἀεὶ τὸν ποταμὸν, ἐπιτηδὲς ὑφιέναι καὶ βαπτίζειν τὰ ἀγγεῖα, συγκαθίζων καὶ ἀπονεύων εἰς ἑκάτερον μέρος· ἀκούσας οὖν ὁ Θαλῆς, ἐκέλευσεν, ἀντὶ τῶν ἁλῶν, ἐρίων τὰ ἀγγεῖα καὶ σπόγγων ἐμπλήσαντας καὶ ἀναθέντας, ἐλαύνειν τὸν ἡμίονον· ποιή- C
σας οὖν τὸ εἰωθὸς καὶ ἀναπλήσας ὕδατος τὰ φορτία, συνῆκεν ἀλυσιτελῆ σοφιζόμενος ἑαυτῷ, καὶ τὸ λοιπὸν οὕτω προσέχων καὶ φυλαττόμενος διέβαινε τὸν ποταμὸν, ὥστε μηδὲ ἄκοντος αὐτοῦ τῶν φορτίων παραψαῦσαι τὸ ὑγρόν. Ἄλλην δὲ πανουργίαν ὁμοῦ μετὰ τοῦ φιλοστόργου πέρδικες ἐπιδεικνύντες, τοὺς μὲν νεοττοὺς ἐθίζουσι, μηδέπω φεύγειν δυναμένους, ὅταν διώκωνται, καταβάλλοντας ὑπτίους ἑαυτοὺς, βῶλόν τινα ἢ συρφετὸν ἄνω προΐσχεσθαι τοῦ σώματος, οἷον ἐπηλυγαζομένους· αὗται δὲ τοὺς διώκοντας ὑπάγουσιν ἄλλῃ, καὶ περισπῶσιν εἰς ἑαυτὰς, ἐμποδὼν διαπετόμεναι, καὶ κατὰ μικρὸν ἐξανιστάμεναι· μέχρις ἂν D

C. 10. αὗται] Forte, αὐταί.

animadverteret levatum, cauſſam ſenſit ac memoriæ mandavit: et quoties per amnem tranſiret, dedita porro opera ſe dimiſit, et in utramque partem verſavit ut vaſa in aquam demergerentur. Quod ubi Thales audivit, juſſit loco ſalis lana et ſpongiis vaſa impleri, iiſque oneratum agi mulum: qui cum pro more ſuo egiſſet, et aqua onus ſuum impleviſſet; ſentiens ſuas ſibi argutias male ceſſiſſe, poſthac ita caute fluvium tranſiit, ut ne invito quidem ipſo vaſa aqua tangerentur. Alium aſtum cum fœtus amore conjunctum perdices uſurpant. Adſuefaciunt enim pullos ſuos, qui nondum volare poſſunt, urgente aucupe ſupinos jacere, et glebam aliquam aut quiſquilias corpori injicere ac prætendere, tanquam umbraculum aut tegumentum quoddam: ipſæ perſequentem aliorſum abducunt atque circumagunt hinc inde volitantes, paulatimque loco

οὕτως ἁλισκομένων δόξαν ἐνδιδοῦσαι, μακρὰν ἀποσπάσωσι τῶν νεοττῶν. Οἱ δὲ δασύποδες πρὸς εὐνὴν ἐπανιόντες ἄλλον ἀλλαχῆ κομίζουσι τῶν λαγιδέων, καὶ πλέθρου διάστημα πολλάκις ἀλλήλων ἀπέχοντας, ὅπως ἂν ἄνθρωπος ἢ κύων ἐπίῃ, μὴ πάντες ἅμα συγκινδυνεύσωσιν· αὐτοὶ δὲ πολλαχόθι ταῖς μεταδρομαῖς ἴχνη θέντες, τὸ δὲ ἔσχατον ἅλμα μέγα καὶ μακρὰν τῶν ἰχνῶν ἀποσπάσαντες, οὕτω καθεύδουσιν. Ἡ δὲ ἄρκτος ὑπὸ τοῦ πάθους ὃ καλοῦσι φωλιὰν καταλαμβανομένη, πρὶν ἢ παν-
E τάπασι ναρκῆσαι καὶ γενέσθαι βαρεῖα καὶ δυσκίνητος, τόν τε τόπον ἀνακαθαίρει, καὶ μέλλουσα καταδύεσθαι, τὴν μὲν ἄλλην πορείαν ὡς ἐνδέχεται μάλιστα ποιεῖται μετέωρον καὶ ἐλαφρὰν, ἄκροις ἐπιθιγγάνουσα τοῖς ἴχνεσι, τῷ νώτῳ δὲ τὸ σῶμα προσάγει, καὶ παρακομίζει πρὸς τὸν φωλεόν. Τῶν ἐλάφων δ' αἱ θήλειαι μάλιστα τίκτουσι

D. 2. δόξαν] Sic B. E. Vulgo, δόξας.
D. 4. κομίζουσι] καμίζουσι E. Venet.
D. 7. ἴχνη θέντες] Revocavi ex Ald. item verterunt Grynæus et Xyl. Vulgo, et ceteri editi ἰχνηθέντες: nec ex ſcriptis varietas allata eſt.
D. 10. φωλιὰν] Sic B. Mez. Vulgo, φωλία. Xyl. φωλεία.
E. 6. ἐλάφων δ' αἱ] δ' aſſumtum ex Harl. ἐλάφων Baſ. Xyl. Steph. Amiot. Jannot. Schott. forte omnes a correctore Ariſtotelem ſequente Nat. Animal. X, 5. Nam ἐλεφάντων habent B. E. Harl. Venet. Ald. Grynæus.

cedentes, donec lactatum ſpe capiendi longe a pullis avellant. Lepores in cubiculum ſuum redeuntes, catulorum alium alio ponunt, ſæpe jugeri intervallo unum ab alio locantes; ne ſi homo aut canis ſuperveniat, omnes ſimul periclitentur: ipſi cum hac illac diſcurrentes varia veſtigia reliquerint, ad extremum ſaltu magno longe a veſtigiis ſe ſubducentes, ita dormiunt. Urſa quando gravedine, quam *pholian* appellant, corripitur, priuſquam omnino torpeat, graviſque et immobilis fiat, locum receptui deſtinatum expurgat: eumque ſubitura incedit quam poteſt maxime ſuſpenſis greſſibus, ſummis inſiſtens veſtigiis: tandem corpore in tergum conjecto in antrum ſuum ſeſe infert. Cervæ potiſſimum juxta vias pariunt, quo carnivora animalia

περὶ τὴν ὁδὸν, ὅπου τὰ σαρκοβόρα θηρία μὴ πρόσεισιν· οἵ τε ἄῤῥενες ὅταν αἴσθωνται βαρεῖς ὑπὸ πιμελῆς καὶ πολυσαρκίας ὄντες, ἐκτοπίζουσι, σώζοντες αὑτοὺς τῷ λανθάνειν, ὅτι τῷ φεύγειν οὐ πεποίθασι. Τῶν δὲ χερσαίων ἐχίνων, ἡ μὲν ὑπὲρ αὑτῶν ἄμυνα καὶ φυλακὴ παροιμίαν πεποίηκε,

Πόλλ' οἶδ' ἀλώπηξ, ἀλλ' ἐχῖνος ἓν μέγα·

προσιούσης γὰρ αὐτῆς, ὥς φησιν ὁ Ἴων

Στρόβιλος ἀμφ' ἄκανθαν εἱλίξας δέμας, κεῖται,
Θίγειν τε καὶ δακεῖν ἀμήχανος.

Γλαφυρωτέρα δ' ἐστὶν ἡ περὶ τῶν σκυμνίων πρόνοια· μετοπώρου γὰρ ὑπὸ τὰς ἀμπέλους ὑποδυόμενος, καὶ τοῖς ποσὶ τὰς ῥᾶγας ἀποσείσας τοῦ βότρυος χαμᾶζε, καὶ περικυλισθεὶς, ἀναλαμβάνει ταῖς ἀκάνθαις· καὶ παρέσχε 973
ποτὲ πᾶσιν ἡμῖν ὁρῶσιν ὄψιν ἑρπούσης ἢ βαδιζούσης σταφυλῆς, οὕτως ἀνάπλεως ἐχώρει τῆς ὀπώρας· εἶτα κατα-

F. 7. ὥς φησιν ὁ Ἴων] φησιν eſt ex Harl. ὁ Ἴων ex emendatione Meziriaci et Annotatoris in Diſcurſu de Traduct. p. 39. Vulgo, ὥς φασιν οἱ—.

non accedunt. Cervi quando ſe graves ob pinguedinem et carnium abundantiam ſentiunt, ſubducunt ſe alio; ut quod fugiendo conſequi non poſſunt, latendo impetrent. Terreſtrium echinorum (quos erinaceos etiam et ericios appellant) ſui defenſio et cuſtodia etiam proverbium genuit,

*Scit multa vulpes, magnum echinus unum habet:*

nam accedente, ut ait Ion, vulpe, ipſe

*Corpus convolvens pineæ in morem nucis*
*Spinis riget, horrens, ut vel morderi queat,*
*Vel tangier.——*

Elegantior tamen eſt ejus pro catulis procuratio. Autumni enim tempore ſub vites obrepens uvarum baccas pedibus decutit in terram, eaſque, circumvolutans ſe, ſpinis ſuis excipit: ac nobis aliquando omnibus hoc ſpectantibus ſpeciem exhibuit ambulantis uvæ: deinde in cavernam ſu-

δὺς εἰς τὸν φωλεὸν, τοῖς σκύμνοις χρῆσθαι καὶ λαμβάνειν ἀπ' αὐτῆς ἀπαμυνομένοις παραδίδωσι. Τὸ δὲ κοιταῖον αὐτῶν ὀπὰς ἔχει δύο, τὴν μὲν πρὸς νότον, τὴν δὲ πρὸς βορέαν βλέπουσαν· ὅταν δὲ προαίσθωνται τὴν διαφορὰν τοῦ ἀέρος, ὥσπερ ἱστίον κυβερνῆται μεταλαμβάνοντες ἐμφράσσουσι τὴν κατ' ἄνεμον, τὴν δὲ ἑτέραν ἀνοίγουσι. Καὶ τοῦτό τις ἐν Κυζίκῳ καταμαθὼν, δόξαν ἔσχεν ὡς
B ἀφ' αὑτοῦ τὸν μέλλοντα πνεῖν ἄνεμον προαγορεύων.

ιζ'. Τό γε μὴν κοινωνικὸν μετὰ τοῦ συνετοῦ τοὺς ἐλέφαντας ἀποδείκνυσθαί φησιν ὁ Ἰόβας. Ὀρύγματα γὰρ αὐτοῖς οἱ θηρεύοντες ἀπεργασάμενοι λεπτοῖς φρυγάνοις καὶ φορυτῷ κούφῳ κατερέφουσιν· ὅταν οὖν εἷς ὀλισθῇ, πολλῶν ὁμοῦ πορευομένων, οἱ λοιποὶ φοροῦντες ὕλην καὶ λίθους ἐμβάλλουσιν, ἀναπληροῦντες τὴν κοιλότητα τοῦ ὀρύγματος, ὥστε ῥᾳδίαν ἐκείνῳ γενέσθαι τὴν ἔκβασιν. Ἱστορεῖ δὲ καὶ εὐχῇ χρῆσθαι θεῶν τοὺς ἐλέφαντας ἀδιδάκτως, ἁγνιζο-

B. 4. ἀπεργασάμενοι] ὑπεργασάμενοι Ald. Baſ. Xyl. Collat. Muret. E. P. quo item tendit Venet. ὑπεργευσάμενοι. Veræ ſcriptionis numeros nec hoc, minus etiam vulgata habere videtur.
B. 5. φορυτῷ] Sic Mez. vidit et Reiſk. Vulgo, φόρτῳ.

am deſcendens, catulis eas a ſe decerpendas præbet. Cubile ejus duo habet foramina: unum verſus meridiem, alterum verſus ſeptentriones. Cum ergo præſentit mutationem aëris, inſtar gubernatoris vela mutantis, obturat id quod vento eſt oppoſitum, alterum aperit. Quod cum Cyzici quidam obſervaſſet, creditus eſt a ſe prædicere poſſe ventum qui eſſet ſpiraturus.

XVII. Societatis tuendæ ac prudentiæ exempla Juba ſcribit ab elephantis exhiberi. Venatores enim foſſas quas ad ipſos capiendos faciunt, levibus ſarmentis et terra vili injecta obtegunt. Cum ergo elephantorum unus (nam multi ſimul ambulant) in foſſam incidit, reliqui materiam congerunt, et lapides ingerunt, ut illapſus facile exire poſſit. Scribit etiam elephantos Diis vota facere, cum ſe, ne-

μένους τε τῇ θαλάσσῃ, καὶ τὸν ἥλιον ἐκφανέντα προσκυνεῖσθαι, ὥσπερ χειρὸς ἀνατάσει τῆς προβοσκίδος. Ὅθεν καὶ θεοφιλέστατόν ἐστι τὸ θηρίον, ὡς Πτολεμαῖος ὁ C
Φιλοπάτωρ ἐμαρτύρησε. Κρατήσας γὰρ Ἀντιόχου καὶ βουλόμενος ἐκπρεπῶς τιμῆσαι τὸ θεῖον, ἄλλα τε πάμπολλα κατέθυσεν ἐπινίκια τῆς μάχης, καὶ τέσσαρας ἐλέφαντας· εἶτα νύκτωρ ὀνείρασιν ἐντυχὼν ὡς τοῦ θεοῦ μετ' ὀργῆς ἀπειλοῦντος αὐτῷ διὰ τὴν ἀλλόκοτον ἐκείνην θυσίαν, ἱλασμοῖς τε πολλοῖς ἐχρήσατο, καὶ χαλκοῦς ἐλέφαντας ἀντὶ τῶν σφαγέντων ἀνέστησε τέσσαρας. Οὐχ ἧττον δὲ κοινωνικὰ τὰ τῶν λεόντων. Οἱ γὰρ νέοι τοὺς βραδεῖς καὶ γέροντας ἤδη συνεξάγουσιν ἐπὶ θήραν· ὅπου δ' ἂν ἀπαγορεύσωσιν, οἱ μὲν κάθηνται περιμένοντες, οἱ δὲ θηρεύουσι· κἂν λάβωσιν ὁτιοῦν, ἀνακαλοῦνται, μόσχου μυκήματι τὸ D
βρύχημα ποιοῦντες ὅμοιον· οἱ δ' εὐθὺς αἰσθάνονται, καὶ παραγενόμενοι, κοινῇ τὴν ἄγραν ἀναλίσκουσιν.

B. 11. ἀνατάσει] Ex B. Venet. Collat. Muret. Schott. Anon. Jannot. T. V. R. Ceteri, et Vulgo, ἀνασχέσει.
C. 3. ἐκπρεπῶς] Sic B. Harl. Mez. Vulgo, εὐπρεπῶς.

mine docente, mari luſtrent, Solemque orientem adorent, proboſcide manus loco ſurſum erecta. Itaque etiam hoc animal Diis eſt cariſſimum, ut Ptolemæus Philopator teſtatum fecit. Cum enim, victo Antiocho, vellet Diis honorem ſplendide habere, præter alia ob partam prælio victoriam ſacrificia, quatuor etiam elephantos immolavit: nocturnis autem territus inſomniis, quod numen ei ob ſacrificium illud inuſitatum comminaretur, cum multis uſus eſt piaculis, tum quatuor æreos elephantos pro occiſis poſuit. Neque minus ſocietatem colunt leones. Nam a junioribus in venationem educuntur ætate graviores et tardiores: hi ubi defatigati ſunt, ſedent et juniores opperiuntur: qui prædam nacti, mugitu, qui ſimilis eſt boatui vituli, ſeniores vocant: hi id ſtatim ſentiunt, accedunt, communique præda veſcuntur.

ιη'. Ἔρωτες δὲ πολλῶν, οἱ μὲν, ἄγριοι καὶ περιμανεῖς γεγόνασιν· οἱ δὲ, ἔχοντες οὐκ ἀπάνθρωπον ὡραϊσμὸν οὐδὲ ἀναφρόδιτον ὁμιλίαν. Οἷος ἦν ὁ τοῦ ἐλέφαντος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τοῦ ἀντερῶντος Ἀριστοφάνει τῷ γραμματικῷ· τῆς γὰρ αὐτῆς ἤρων στεφανοπώλιδος, καὶ οὐχ ἧττον ἦν ὁ ἐλέφας διάδηλος· ἔφερε γὰρ αὐτῇ τῆς ὀπώρας ἀεὶ πρατήρια παραπορευόμενος, καὶ χρόνον πολὺν ὑφίστατο, καὶ τὴν προβοσκίδα τῶν χιτωνίων ἐντὸς ὥσπερ χεῖρα παρα-
E βαλὼν, ἀτρέμα τοῦ περὶ τὸ στῆθος ὥρας ἔψαυεν. Ὁ δὲ δράκων ὁ τῆς Αἰτωλίδος ἐρασθεὶς, ἐφοίτα νύκτωρ πρὸς αὐτὴν, καὶ τοῦ σώματος ὑποδυόμενος ἐν χρῷ, καὶ περιπλεκόμενος, οὐδὲν οὔτε ἑκὼν οὔτε ἄκων ἔβλαψεν, ἀλλὰ καὶ κοσμίως ἀεὶ περὶ τὸν ὄρθρον ἀπηλλάττετο· συνεχῶς δὲ τοῦτο ποιοῦντος αὐτοῦ, μετῴκισαν οἱ προσήκοντες ἀπωτέρω τὴν ἄνθρωπον· ὁ δὲ τρεῖς μὲν ἢ τέτταρας οὐκ ἦλθεν, ἀλλ', ὡς ἔοικε, περιῄει ζητῶν καὶ πλανώμενος· μό-

E. .7 ἢ τέτταρας] Aut hoc mutandum in ἡμέρας, aut ei ſubjungendum νύκτας.

XVIII. Amores porro multorum exſtitere animalium, alii ſævi et furioſi, alii habentes non inhumanam elegantiam, neque invenuſtam conſuetudinem. Qualis fuit Alexandreæ amor elephanti, rivalem ſe Ariſtophani grammatico exhibentis: amabant enim ambo puellam corollas vendentem, et non minus evidenter elephantus: nam per forum pomarium tranſiens, ſemper ei poma adferebat, diuque adſtabat proboſcideque, manus inſtar, intra veſtem inſerta pectus ſenſim contrectabat. Draco autem qui Ætolicam fœminam amavit, noctu ad eam commeabat, et ad cutem uſque ſubiens amplexanſque, neque prudens, neque imprudens lædebat, placideque ſemper ſub auroram abiit: quod cum aſſiduo faceret, neceſſarii longius removerunt fœminam. Draco poſt id, triduum aut quatriduum non venit, quærens, ut apparet, eam, et vagans, tan-

λις δέ πως ἐξανδρῶν, καὶ περιπεσὼν οὐ πράως ὥσπερ εἰώθει, ἀλλὰ τραχύτερος, τῷ μὲν ἄλλῳ σπειράματι τὰς χεῖρας αὐτῆς ἔδησε πρὸς τὸ σῶμα, τῷ δὲ ἀπολήγοντι τῆς οὐρᾶς ἐμαστίγου τὰς κνήμας, ἐλαφράν τινα καὶ φιλόστοργον καὶ πλέον ἔχουσαν τοῦ κολάζοντος τὸ φειδόμενον ὀργὴν ἐπιδεικνύμενος. Τὸν δὲ ἐν Αἰγύπτῳ παιδεραστήσαντα χῆνα, καὶ τὸν ἐπιθυμήσαντα Γλαύκης τῆς κιθαρῳδοῦ κριὸν, (περιβόητοι γάρ εἰσι,. καὶ πολλῶν οἶμαι διηγημάτων διακορεῖς ὑμᾶς εἶναι), διὸ ταῦτα μὲν ἀφίημι.

ιθʹ. Ψᾶρες δὲ καὶ κόρακες καὶ ψιττακοὶ μανθάνοντες διαλέγεσθαι, καὶ τὸ τῆς φωνῆς πνεῦμα τοῖς διδάσκουσιν εὔπλαστον οὕτω καὶ μιμηλὸν ἐξαριθμεῖν καὶ ῥυθμίζειν παρέχοντες, ἐμοὶ δοκοῦσι προδικεῖν καὶ συνηγορεῖν τοῖς ἄλλοις 973
ζώοις ἐν τῷ μανθάνειν, τρόπον τινὰ διδάσκοντες ἡμᾶς ὅτι καὶ προφορικοῦ λόγου καὶ φωνῆς ἐνάρθρου μέτεστιν αὐτοῖς· ᾗ καὶ

F. 6. Αἰγύπτῳ] Legendum, Αἰγείῳ.
F. 12. ἐξαριθμεῖν] Forte, ἐξαρθροῦν. Neque ineptum eſt Reiſkii ἐξαρτύειν.
A. 3. ᾗ καὶ πολὺς] Ita dedi juſta, ut arbitror, auctoritate. Vulgo, εἰ καὶ τοῖς πολλοῖς. E. Harl. Ald. Baſ. Xyl. P. ἢ καὶ πολύς. B. Jannot. Pol. ἢ καὶ τοῖς πολλοῖς.

dem ægre cum reperiſſet, non pro more placidus, ſed aſperior acceſſit, et cum manus ejus reliquis voluminibus corpori alligaſſet, ſuras extrema cauda flagellavit: lenem quandam et amatoriam iram oſtendens, quæ plus indulgentiæ haberet quam pœnæ. Omitto anſerem, qui in Ægypto puerum adamavit, et Glauces cytharœdæ amore captum arietem: ſunt enim in ore omnium, et vobis multarum narrationum ſatietatem obortam puto.

XIX. Jam ſturni, corvi, pſittaci, quando loqui diſcunt, vociſque ſpiritum ita facilem fictu doctoribus præbent: videntur mihi inter diſcendum patrocinari aliis animalibus, ac nos quodammodo docere, etiam ejus quæ viva voce exprimitur et articulatæ orationis partem ipſis

πολὺς καταγέλως τὸ πρὸς ταῦτα καταλιπεῖν ἐκείνοις σύγκρισιν, οἷς οὐδὲ ὅσον ὠρύσασθαι μέτεστιν, οὐδ᾽ ὅσον στενάξαι, φωνῆς· τούτων δὲ καὶ τοῖς αὐτοφυέσι καὶ τοῖς ἀδιδάκτοις γηρύμασιν ὅση μοῦσα καὶ χάρις ἔπεστιν, οἱ λογιώτατοι καὶ καλλιφωνότατοι μαρτυροῦσι, τὰ ἥδιστα ποιήματα καὶ μέλη, κύκνων καὶ ἀηδόνων ᾠδαῖς ἀπεικάζοντες. Ἐπεὶ δὲ τοῦ μαθεῖν τὸ διδάξαι λογικώτερον, ἤδη πιστέον Ἀριστο-
B τέλει, λέγοντι καὶ τοῦτο τὰ ζῶα ποιεῖν· ὀφθῆναι γὰρ ἀηδόνα νεοσσὸν ᾄδειν προδιδάσκουσαν. Μαρτυρεῖ δὲ αὐτῷ τὸ φαυλότερον ᾄδειν, ὅσαις. συμβέβηκε μικραῖς ἁλούσαις, ἀποτρόφοις τῶν μητέρων γενέσθαι· διδάσκονται γὰρ αἱ συντρεφόμεναι καὶ μανθάνουσιν, οὐ διὰ μισθὸν, οὐδὲ πρὸς δόξαν, ἀλλὰ τῷ χαίρειν διαμελιζόμεναι, καὶ τὸ καλὸν ἀγαπᾶν μᾶλλον ἢ τὸ χρειῶδες τῆς φωνῆς. Ἔχω δὲ περὶ τούτου καὶ λόγον εἰπεῖν πρὸς ὑμᾶς, ἀκούσας Ἑλ-

